

IOANNES AGRICOLA HAMMONIUS MEDICVS.



Ioannes honestis parentibus apud Germanos natus, & in omni studiorū genere feliciter educatus est. Is cum in patria rudimenta artium percepisset, literarum amore se se ad uaria doctorū gymnasia contulit, atq; linguarum notitiæ & philosophiæ diligenter incubuit. postea quoq; hisce studijs Medicinam coniunxit, atq; eam eruditioinem sibi acquisiuit, ut uiris doctissimis Germaniæ conserretur. Scripsit is scholia copiosa in Therapeuti-
cam Methodum Galeni, atq; Augustę Vindelico
rum 1534 edidit. Item in Galeni libros sex De locis
affectis commentarios. præterea in librum De in-
æquali intemperie. Cōfecit etiam Indicem copio-

sissimum simplicium Pharmacorum à Dioscoride proditorum, secundum ca-
pita & libros ordine alphabeti. Concordantias quoq; in authores præcipuos
Simplicium Medicamentorum. Nicolaum insuper Alexandrinum de medi-
camētorum compositione scholijs illustravit, atq; Hippocratis Aphorismos
in meliorem ordinem, iuxta literarum seriem, rededit, cum multis alijs huius-
modi. Itaq; factum ut Ioannes ob raram eruditioinem magnum sibi nomen a-
pud Medicos compararit, atq; ingenij sui documenta cum laude ad posteros
transmiserit. Con. Gess. in Bib.